

1278, maig, 21

*Guillem d'Aguiló estableix a Bernat de Rissac de Madremanya el molí d'Aguiló a cens de set mitgeres d'ordi.*

ASD núm. 244, perg. orig., 290 x 190 mm, carta partida.

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus de Aquilione, filius condam Berengarii de Aquilione militis, per me et omnes · meos heredes et succéssores gratis et ex certa sciencia stabilio et dono ad acapte uobis Bernarda de Riuosicco de parrochia Sancti Stephani de Matremagna et eius uxori Ferrarie et eorum filio Petro et uestris perpetuo quoddam molendinum uocatum molendinum de Aquilione, quod antecessores uestri habuerunt et tenuerunt per antecessores meos in rieria de Riuosicco, inter torrentem de Poadors et torrentem de Ualderaolf, ita quod predictum molendinum habeatis, teneatis et possideatis uos et uestri post uos cum ingressibus et egressibus suis et cum domo, molis, rotis, ferris, bassa, riguo et subriguo, resclausa et capresclausa, exaguador et desteladors et cum omnibus proprietatibus, integritatibus et pertinenciis suis, tam intus quam extra, in mea tamen tenedone, ad omnes uestras uestrorumque uoluntates perpetuo faciendas, et possitis mutare in quemcumque locum uolueritis in mea tenedone dictum molendinum et bassam et riguum et subriguum et omnia alia pertinencia ad dictum molendinum uel quecumque uolueritis de predictis absque aliquo meo et meorum contradictu. Et sic mito uos in presenti in corporalem et uacuum possessionem predicti stabilimenti, dando et cedendo uobis et uestris omnes uoces, iura et rationes ac omnes acciones reales et personales in predictis omnibus mihi competentes uel modo aliquo competituras quantum ad proprietatem, saluo tamen iure et dominio meo in omnibus et meorum, et dabitis mihi et meis de proximo uenturo festo sancti Felicis ad unum annum septem migerias ordeï pulcri, sicci et recipientis pro censu dicti molendini ad rectam migeriam fori de Monellis, et deinde quolibet anno semper in dicto festo sancti Felicis alias septem migerias ordeï ad predictam migeriam; promitens quod predictum molendinum cum omnibus suis pertinenciis uobis et uestris bonum facere habere, tenere et possidere quiete et in bona pace contra cunctos homines, tam in eo loco ubi nunc est quam alibi ubique in dicto molendinario, in mea tamen tenedone, et si aliqua persona aliquid in dicto molendino uel pertinentiis suis sicut sunt in mea tenedone uobis uel uestris tetigerit, emparauerit uel contradixerit aut iure euincere uoluerit, promito me ante uos et uestros ponere ac in iudicio et extra defendere meis propriis sumptibus et expensis, et insuper ab omni persona de firma et legali euiccione semper uobis et uestris teneri promito; unde pro hiis omnibus attendendis et complendis obligo uobis et uestris omnia bona mea presentia et futura ubique. Si uero aliquo casu uos uel uestri deficeretis ad dictum censum soluendum, íncontinenti elapso dicto festo sancti Felicis possim ego uel mei dictum molendinum propria auctoritate tenere et emparare et fructus eius seu lucrum colligere et percipere tantum ac tamdiu donec solueretis mihi uel meis censum quem nobis deberetis, et quod ego teneam recipere in solutum dicti census aliquod lucrum quod de dicto molendino reciperem ullo modo; et si tenendo dictum molendinum facerem aliquam missionem uel missiones in reparacione aliquorum aparamentorum dicti molendini, uos et uestri restituatis et

restituere teneamini mihi uel meis omnes predictas missiones . antequam ego uel mei restitueremus uobis prèdictum molendinm;n. Et ego Margarita, uxor predicti Guilielmi de Aquilone, et ego Margarita mater eiusdem Guilielmi predictum . . stabilimentum gratis laudantes et aprobantes promitimus ipsum ratum et firmum semper habere et perpetuo obseruare ac in nullo contrauenire racione dotis nostre uel sponsalicii uel aliqua alia racione, tactisque sacrosanctis .nu.or Dei Euangeliis corporaliter per Deum sponte iuramus. Et nos Bernardus de Riuosicco predictus et eius filius Petrus, recipientes predictum molendinum sub predicto censu et aliis pactis et condicionibus a uobis dicto Guilielmo, promitimus uobis et uestris dare et soluere predictum censum annuatim in dicto festo ut superius est expressum, obligando uobis et uestris propter hec atendenda predictum molendinim cum omnibus pertinenciis suis principaliter et accessorie; et ego Petrus predictus iuro in Deum et super eius sancta .nu.or Euangelia corporaliter tacta predicta omnia atendere et complere et non in aliquo contrauenire.

Actum est hoc .xu. kalendas iunii anno Domini millesirno .ccLxx. octauo.

Sig+num Guilielmi de Aquilone, sig+num Bernardi de Riuosicco predictorum, qui hoc laudamus et firmamus predicta die et ano, presentibus Guilielmo Uitale et Guilielmo Isarni, ambobus de Canapost, et Petro de Amerio de Monellis. Sig+num Petri, filii dicti Bernardi de Riuosicco qui hoc laudo et firmo .v. kalendas iunii eodem ano, presentibus Bernarda Bau de Matremagna et Mascharosio, filio Bernardi dez Torrent de Monellis. Sig+num Margarite, uxoris dicti Guilielmi de Aquilone, sig+num Margarite matris eiusdem Guilielmi predictarum, que hoc laudamus et firmamus .vm. idus iunii eodem anno, presentibus Petro Compaynes de Petracissa et Iacobo filio Iohannis de Maylano de Baschera et Petro Ferrarono clerico et Arnaldo clerico, ambobus de Palacio.

Guiliemus de Spodolia, scriptor de Crudiliis, qui hoc scripsi predicta die et anno quo supra (s. man.).

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 503-505